Ed cuz quieuit res super locum suũ positũ in hac arte tũc erit manifestũ ꝙ oĩa membra non sunt inuẽta nisi ꝓpter has uirtutes. Et iste uirtutes ꝓpter has suas actões. q̃ ñ est inuentũ in corpore aliqđ m̃brorum nisi pp aliq̃z actõez istarum uirtutũ aut passionũ earum. Jõ est nobis necessarium inquirere actões ꝛ passiones membrorum: ꝛ ꝯplexionem cui approꝑatur: ꝛ cognoscentes illud cognoscimus sanitatẽ cuiuslz membri per suas finales cãs p̃dictas in hac arte: iõ qꝛ iam cognouimus eã p cãm m̃alem ꝛ formalem. Sed cãm effi. non est necesse nobis hic narrare: iõ qꝛ iam est separata: saluo si ibi eẽt res q̃ staret loco effi. in statu conseruantem. Et incipiemus a iuuamento membrorum simplicium: ꝛ dicemus ꝙ res q̃z diximus que est necessaria per aliam est duobus mõis: vnus est ut sit eẽntia prime necessarie eẽntie ultime: sicut fuit intentio eẽntie ꝯsimilium necessaria ꝓpter intentionem essentie officialium. Alius est ut ñ sit ex necessitate: sed est qꝛ meliõa sunt duo q̃z vnuz ꝛ significat nobilitatem in agente ꝛ patiente sicut oculus q non est inuentus nisi pp necessitatem uidẽdi: sed nã duplauit eos ꝓpter melioramẽtum duplatõnis sicut nos declarare debemus. Sed nos non recordabimur istorum iuuamentorum nisi illius ꝙ erit mag̃ necessarium. De membris simplicibus sicut sunt ossa ꝛ similia ipius: sicut cartillagines ꝛ vngues: quedam sunt nerui lacerti: ligamenta: panniculi: corde: cerebrum: ꝛ ossa sua: ꝛ nucha: ꝛ caro: ꝛ sepũ. ꝛ hijs similia. ꝛ pili. ꝛ cutis. ꝛ sãguis. ꝛ flema. ꝛ colera. ꝛ melanconia. ꝛ sps. Sed ossiũ maius iuuamentum ipõrum est ad fortificandum ꝛ stabiliendum. ꝛ in sũma ipa sunt. sicut fundamentum totius corporis. Et iuuamentum ꝯm est ad deferendum ꝛ ascondendum sicut ossa capitis ꝛ ossa pectoris Sed multitudo eorum in corpore fuit ꝓpter motus particulares ꝛ multos. qꝛ manus non posset moueri per se nisi eẽt discontinuata ab osse brachij cum ꝯtinguitate amborum ossium. s. manus ꝛ brachij. ꝛ ita ẽ in quolz membrorum nodatilium mobilium discontinuatorum. Juuamentum tertium est ut possit fieri resolutio superfluitatuz uaporosarum sicut sunt cõmissure que sunt in osse capitis. Et potest eẽ ꝙ sunt ꝛ alia iuuamenta. iõ ꝙ si eueniret aliqua lesio alicui ossium non transiret ad aliud os alterius membri qꝛ discontinuatum est ab illo. Item fuit necessitas multorum ossium ꝓpter diuersitatem figure eorum. ꝛ qualitatis ꝯm illud ꝓpter ꝙ ordinata sunt ꝛ ꝓpter puitatem ꝛ magnitudinem eorum. Sed diuersitas in paruitate ꝛ magnitudĩe est sicut ossa parua que sunt in digitis ꝛ ossa cruris ꝛ coxe. Sed diuersitas in figura in alꝰ forma est sicut os ꝙ de necessitate hz eẽ forte ꝛ graue fuit factum durum ꝛ clausum. ꝛ illud in quo fuit intentio ut eẽt leue fuit factum perforatum in qualitate. ꝙ illud ꝙ hz de necessitate eẽ coniunctum cum carne fuit factum tenerum sicut cartillagines ꝛ similia. ꝛ ista iuuamenta sunt nota per se. Et hõ potest cognoscere maiorem ptem per seipum uel ab eo qui aliquantulũ studuerit in cognoscendo Sed vngues fuerunt facte ꝓpter duo iuuamenta. vñ ꝙ ẽ cõe: ꝛ est ꝓpter conseruationez extremitatum digitorum sicut ponitur ferrum in postremo aste lancee. Sed est substentamentum carnis digiti quando capit aliquid. Et istud iuuamentum est magis ꝓprium ĩ vulgaribus manuum q̃z in vulgaribus pedum. Sed primum iuuamentum communicat homi ꝛ alijs animalibus Juuamentis neruorum cadunt multa dubia. G. sentit ꝙ iuuamentum eorum est ad ferenđ sensum ꝛ motum uoluntarium omnibus membris Sz ꝙ appz ex s̃nia a R. ẽ ꝙ ñ sit fcs neruꝰ nisi ad tempanđ calorẽ intrinsecũ: ad hoc ut det uirtutẽ sentiendi: ꝛ hec opio sequtur plus iuuam̃to cerebri. Sz si est instr̃z motus uoluntarij in hoc cadit speculatõ. Et ꝯfirmatio. G. ꝙ sensus ꝛ motꝰ sint a neruis eo ꝙ remoto neruo remouet̃ sẽsus ꝛ motus: ꝛ hoc ñ est p uiam dem̃ratiuaz. Et iam disputamus hoc in libris loycalibus. Sed apparz ꝙ iuuamentũ nerui est de genere iuuam̃ti cerebri: ꝛ appet manifeste ꝙ nascat̃ ab eo: ꝛ ꝙ ñ sint fixi in eo sic dixit G. Et ligamentorum iuuamentum ꝛ cordarum ad motum uoluntarium ẽst appẽs

ad oculum. Et panniculi fuerunt facti ꝓp
ter ascondere ⁊ defendere: ⁊ ēt ut substi
neant membra que sunt suspensa ⁊ retine
ant ea: q̄uis hoc iuuamentū sit magis pro
prium ligamentis. Et iuuamentum panni
culi positi supra uentrem est de spē huius
iuuamenti: eo ꝙ ꝓhibet intestina egredi d̄
ꝓprijs locis sicut accidit herniosis. Sꝫ
uenarum due sunt partes: vna est artarie
que portant spm ⁊ sanguinem a corde: ⁊
iste sine dubio fuerunt facte pp hoc: ⁊ fue/
runt ramificate ⁊ ptite p totū corpus ad se
renduꝫ rem istā aut spm solum: aut spm ⁊
sanguinē simul. Alia est non pulsatilis
in quibus non est sps sensibiliter: nisi nos
induceret ad hoc vnum dictū simile dicto
ꝙ dicit. G. in epate qꝛ dicit ꝙ est fons spi
ritus nālis quē diximꝰ n̄ eē nisi sup uirtutē
nutritiuā. Sed ꝙ appet ex iuuamto istarū
uenaꝝ est qꝛ facte sunt ad didēdū sangui/
nē coctū in epē p alia mēbra: ⁊ ꝓpea fuert̄
ramificate sicut artarie. Hic scire d̄bes
ꝙ a R. vult ꝙ cibus ⁊ nutrim̄tū oium mē
broꝝ fiat ex duobꝰ sanguinibꝰ mixtis i sit̄
⁊ sanguis qui est in uenis non pulsatilibꝰ
⁊ in epē est sicut mā sanguini misso p arta
rias cordis: ⁊ ꝙ sanguis artariaꝝ est sicut
forma sanguinū: ⁊ hoc est qꝛ dat eis ꝯple
mentū ⁊ coctōem ⁊ facit ipm cibum ꝓpin
quū actui. Et. G. sentit ꝙ sanguis qui pro
uenit ab epē per uenas ad mēbra est cibꝰ
ꝓpinquꝰ p se. Et ꝓbatio quidē phi in hoc
est hoc ꝙ sanguinis ut est sanguis est ꝯue
niens ut sit cibus mēbris ⁊ oē ꝙ nutrit de
bet euenire mēbris: ⁊ duo sanguies ut sit
cibus membris ueniunt eis: ḡ mēbra d̄bēt
nutriri ex eis. Et ꝓpea ꝙ vnus eoꝝ est
crudus ⁊ alter coctus: crudus conuenien
tior ē ut apprietur mē ⁊ coctus forme ad
mām: ⁊ hoc est declaratum bene in libro
de aialibus Et ex uerbis. G. appet ꝙ
idē asserit ꝙ mēbra supiora cibant̄ a sāgui
ne arteriali qn̄ pcipit incidi artarias i pas
sione emig̃nea: ⁊ in epilensia pseueratā: ⁊
ut̄ ego scirē quid ꝓhibet eū credere ꝙ iste
sanguis non nutrit̄ alias ptes corporis.

Sed cerebri sunt due spēs: vna est que
stat in olla capitis: ⁊ istud sine dubio ē ille
sps cū quo fiunt sensus. Sꝫ medulla que
est in ossibus ē supfluitas cibi eoꝝ. Et os
sa solida non hn̄t medullā qꝛ nō sunt per
forata: Et nomē medulle dr̄ equiuoce ad
hanc medullā ⁊ ad eā que est in olla: ⁊ n̄
nomiamꝰ eā medullā nisi qꝛ sic a vulgo no
minat̄. Sed medulla que est in ossibus est
supfluitas penitus: ⁊ hec sb̄a tempata.

Sꝫ nā nuche est de nā cerebri: ⁊ iuua/
menta eoꝝ sunt eadeꝫ: ⁊ adhuc exponam
dr̄am que est inter ea quando narrabo iu
uamēta mēbroꝝ officialiū. Sed carnis
due sunt spēs sicut dictū est. Et a R. di/
cit super has duas qꝛ sunt instr̄a sēsus ta
ctus: ꝓprie stantia cum eo sicut stat oculus
cum uisu. Et demonstrat hic qꝛ sensus sim
plex non inuenit̄ nisi a corpore simplici.
Et ꝙ neruus est seruitō carnis in hac ap
p̄hensione ad reparandum spm sensus qui
mittit̄ a corde: ⁊ ista fundamenta necesse
est ut medicus a nobis recipiat. Et nos
dicimꝰ de sensu ⁊ motu ꝙ vna ex rebus a
qua est eoꝝ pmanētia sunt cerebꝝ ⁊ nerui
Sꝫ vna spēs carnis quā. G. uocat muscu
losā est vnū ex mēbris officialibꝰ: ⁊ in illo
est uirtꝰ primi motoris. Propterea ꝙ istō
est illud ꝙ mouet̄ ex se p hanc uirtutē: ⁊ n̄
mouet̄ p aliud mēbꝝ ꝙ ipm moueat: qꝛ si
p alia moueret̄ hoc inducerꝫ nos ad inue
niend̄ corpꝰ aliud ꝙ mouebit̄ ex se. Alr̄s
res duceret̄ in infinitū: qꝛ nullū corpꝰ mo
uet nisi moueat̄. Et est necesse ꝙ res qui/
escat apd̄ primū qd̄ mouet̄ a motore imo
bili: ⁊ hoc ꝓbatū est in nāli phia. Et hec
spēs carnis apud. G. est instr̄m motꝰ loca
lis. Et loq̄mur de ea qn̄ loquemur de mē
bris officialibus. Sꝫ caro spongiosa igui
nū sb̄ascellaꝝ ē facta pp expulsatōnē sup
fluitatū. Et nō ē multū longinquū ad cre/
dendum ꝙ multa ex carne nō sit facta nisi
ad iplēdum loca uacua ⁊ ad deferēdum.
Et in sūma istud ē simplex m̄bꝝ in quo co
municant oia aialia: sic cor ē m̄bꝝ officia/
le i qͦ cōicāt oia al'ia. Et sanguis manife
stū ē ꝙ non fuit factꝰ nisi pp unā duaꝝ reꝝ
aut pp dandum nutrimētum sicut sanguis
qui ē in epē ⁊ in uenis quas opināt̄ medi
ci ut nascantur ab epē: aut ut sit uehiculuꝫ
sps ⁊ caloris: ⁊ iste ē sanguis arterialis.

Flema ē sanguis indigestus ⁊ ꝓpterea
debet dici superfluitas sanguinea: hoc est
superfluitas diminuta ut sit sanguis: non

superfluitas cuius separatiõe a sanguine remaneat sanguis ꝯpletus sicut a coľa ⁊ meľia: ꝗ si ita est eẽ fľatis fuit in corpore de necessitate. hoc est ꝙ possibile est cibũ ꝯuerti nisi ex eo generẽť superfluitates fle matice. Et põt eẽ cũ h̄ ꝙ sunt in ipso alia iuuamenta: qꝛ humectat membra ⁊ adap tat ea ad cibandum: ⁊ quasi est sicut cibus p̄parat⁹ eis qñ cibus tardať eis Sꝫ me lencolia ⁊ coľa sunt primo ⁊ p se in cor/ pore pp necessitatem: ⁊ cibus chilosus q uadit de stõ ad epar non possꝫ digeri nec eẽ sanguis: nisi seperarenť ab eo ille due supfluitates sicut mustũ non põt eẽ uinum nisi separẽtur ab eo. 2. superfluitates: vna grossa terrestris ⁊ alia subtilis: ⁊ ppea or dinauit nã eis ꝓpria mẽbra ⁊ non fec sic fľati: qꝛ iste due superfluitates non hñt ap titudinem ut possit eẽ ex eis aliqua ps mẽ bri aliquo mõ ꝙ in flemate bene põt esse. Et appet ẽt cum hoc ꝙ nã p̄parauit istas ut eẽnt instr̄m seruiẽs uirtuti nutritiue per uiam electionis boni: qꝛ bursa fellis habꝫ vnum meatũ ramificatũ ꝙ aduenit intestis supioribus ptib⁹ infimis stõi: ⁊ in aliquib⁹ hominibus stringit stomachũ: ⁊ facit idem op⁹ ꝙ facit in intestinis: qꝛ bursa fellis mã dat p hunc meatuꝫ intestinis ptem colere que moueat ea ad expellendum supfluita tes: ⁊ facit qi abstersionẽ. Et sup splen hꝫ vnum meatuꝫ qui tangit os stõi ⁊ mittit ei partẽ puam meľie ad pungendũ illõ ⁊ ad mouendũ appetitũ cibi: qꝛ ista opatio ꝓ/ uenit a rebus acetosis: ⁊ multa uerba dic ta sunt in alijs libris: sed non expectes ex me ut laborem ad narrandum ea Sepi utilitas in corpore fuit ut calefaceret sicut aľs girbum dyafragma. Et sepũ est sup fluitas sanguinis cocti a quo cibata sͭ mẽ bra. Et pp hoc quando est in corpore tempate significat magnam sanitatẽ: qꝛ si/ gnificat sup bonitatem nutrimenti: ⁊ quan do non inuenitur in corpõe significat ꝙ ñ est bona digõ: qꝛ non ẽ supfluitas que ue niat a bona digõne h̄ est calida ⁊ humida Et necessarium illud est ad implenduꝫ ua cuitates ẽt membroꝝ. Sed quando mul tiplicatur in corpore significat sup malaꝫ dispõem: qꝛ multitudo mẽ nutritiue que ẽ sanguis est conuersa in sepuꝫ: ⁊ tunc infri dantur membra ⁊ moriunť qꝛ in hac sup fluitate non est sensus ⁊ pdũť membra sẽ sibilia qñ multiplicatur sup ea. Piloꝝ capitis superciliorꝝ palpebraꝝ iuuamẽtuꝫ est ut defẽdant: ⁊ hoc est manifestũ. Quia uidemus ꝙ pili capitis defendunt cerebꝝ a frigore ⁊ calore: ⁊ supercilioꝝ ⁊ palpe/ braꝝ adiuuant ad defendẽdum oculos a re[illegible]s extrinsecis. Sed pili s̄hascellaꝝ ⁊ pedum ⁊ multi alij qui sũt sup supficie cõ poris ꝙ apparet ex eis plus est ex necessi tate mẽ: eo ꝙ generať pilus ab vno uapo re fumoso adusto s̄m. g. ⁊ hoc indiget spe culatione qꝛ vr̄ ꝙ pilus sit corpus extẽdi/ bile siccum ⁊ tale ẽ supfluitas cibi sicci qñ min⁹ excoquitur durante in illo admixtiõe pinguedinis. ergo non est iste uapor cui⁹ sit agregatio partis. s̄. partẽ. Sed est cor pus ꝯtinuum fortis ꝯtinuationis extẽsiuũ crescens in longitudine. Et mihi vr̄ ꝙ nẽ adducunt istum uaporem ut sit mã pili ad hoc ut pilus trahat illã malam materiam ex corpore ad mundificandum ipsum per hoc: sicut tu uides ꝙ siľiter artificialiter fa ciunt laboratões terre qui quando uolũt ut ipã fructificet seminant semina que hñt attrahere partem terrestrem adustaꝫ: ⁊ p hunc mõm potest eẽ ut sit iuuamentum cõ pori. Sed cutis uideť eẽ ꝓpter defenõ re ⁊ absondeř ⁊ stat foris sicut sunt coho perture membris intrinsecis. Et sp̄us sunt ꝓpinqua instrumenta uirtutis regitẽ corporis: ⁊ si dicendum est ꝙ ministrať a quatuor uirtutibus aut quinqꝫ. hoc est at/ tractiua. retentiua: digestiua: ⁊ expulsiua: ⁊ discretiua: Et adhuc est inuenta alia uirtus que comunicat toti corpori que re gitiua nuncupatur: ⁊ que sit ⁊ vnde sit mľ ta dicenda sunt: ⁊ postea disputabimus: ⁊ quid sit ab anima est: ꝓpterea priuatio ei⁹ est subita mors necõ.

Capitulum de iuuamentis membrorũ officialium.

Et postq̃ narrauim⁹ iuuamenta mẽ/ broꝝ simplicium: narrañ est iuuam̃ tum mẽbroꝝ officialiũ ⁊ vniuscuiusqꝫ pt̃ ipoꝝ. Et hoc faciemus breuiter except ca sibus in quibus ꝓlongandi sunt sermones

illi q nobis sunt similes. Et legem⁹ ex hijs ꝙ manifestum est: ꝛ ꝙ opinatur eē magis necessarium in hac arte: ꝛ incipiem⁹ a mē/ bꝛis que sunt instrā uirtutis nutritiue qꝛ h̄ est uirtus necessaria pma nr̄o eē ꝛ ppea fu it coꝛ̄ suaꝝ opōnum moꝛs. Et dicimus fm ꝙ testificantur sensus mēbꝛa disposita ad faciendas opōnes isti⁹ uirtutꝭ sunt stō⁹ ꝛ sui ministri sicut os ꝛ instrumēta ei⁹ ꝛ y/ sofag⁹: ꝛ pōt h̄ intestina: ꝛ epar: ꝛ uene: ꝛ renes: ꝛ splen: ꝛ saculus fellis: ꝛ uesica.

Primum iuuamentū oꝛis est mastigatō cibi. ꝛ ꝑpterea fuerunt positi dentes ut fa ciant ad hoc ꝯueniens ꝑparamentuꝫ den tes anterioꝛes ut incidant maxillares ut frangant: molares ut molant. Et scias ꝙ in oꝛe ē aliq̄ꝫtula digō. ꝛ hō quē tu scis ap pellat eam alio nomine. ysofagus ē me atus p quē transit cibus ab oꝛe ad os sto maci ꝛ opō sua non est nisi in duabus uir tutibus que sunt lactantes uirtutem nutri tiuaꝫ hoc est attractiua ꝛ expulsiua: qꝛ est necesse attrahē ab oꝛe ꝛ expellere ad sto machū: ꝛ qn̄ ista opō perditur moꝛitur hō fame. Et instrm̄ seruiens nature in hijs duab⁹ opōnibus necesse est ut uarietur: ꝛ apparet per anotomiam ꝙ ysofagus ē cō positus ex duab⁹ tunicis: vna que ē fm la titudinem: ꝛ alia que est fm longitudineꝫ ꝛ ista que ꝑcedit fm longitudinem qn̄ col ligitur ꝛ ꝯstringitur: ꝛ ascendit ad epiglo/ tū: tunc fit attractio: ꝛ illa que uadit in lati tudine facit expulsionē qn̄ agregatur ꝛ ā/ plectitur cibuꝫ: sicut uola manus agregat se super res humidas ꝛ ꝯstringendo eas expellit. Manifestuꝫ est ꝙ stomachus est locus digestionis missi cibi eidem ab aere conuertendo illum in kilum: quia nō potest ꝯuertere ipm in sanguineꝫ. Et hoc apparet ab eo: ꝙ ministri sui in hoc opere sunt quatuoꝛ uirtutes ptic̄les supꝛadicte Sed digestio est magis manifesta in tunica carnosa pꝛopter caloꝛeꝫ qui est in ea pl̄s ꝛ ꝑpter illud quod ei aduenit ex arterijs ꝛ uenis que ei adducunt caloꝛem: ꝛ etiaꝫ est oppositus epati ita ꝙ ipum calefacit qa est compositum a latere dextro: ꝛ splen ē compositus in latere sinistro qui dat calo rem. Sed attractio cibi quā facit ysofa gus ꝛ meri fit p tunicam uilloꝝ longitudi/ naliū ꝛ adiuuat ipm in hoc ꝙ ē in eo ꝺ tuni ca diametrali angulari. Et receptio ꝛ expulsio fuit per tunicā que ꝑcedit p latitu dinē: iō qꝛ qn̄ recipit cibū illa tunica agre gatur sup ipm ab omni parte quousqꝫ cō/ pletur digestio: ꝛ digestione facta agregā tur oēs sue ptes supioꝛes super eam ꝛ ꝑ munt eam inferius: ꝛ ē expulsio per hanc tunicam que uadit per latitudineꝫ ꝛ habꝫ duas operationes contrarias hoc ē expul sionē inferius qn̄ facta est digestio: uel su/ perius per nominatum. Sed operatio uirtutis discretiue non ē multum manifā i stomacho nisi diceremus ꝙ stomachus nu trietur ex chilo: qꝛ desideraret cibum ꝛ a gregaretur super ipm ꝙ fit in eo ꝛ opinio affirmat hoc. ꝙ si non diceremus ꝙ stoma chus nutritur ex chilo quādo desideraret ꝛ agregaretur super ipm non esset uirtus discretiua uel eius operatio multum mani festa in eo. Et si contingat ꝙ vnum mē bꝛum seruiat alteri seipm obliuiōi nō tra dit: ergo recipit nutrimentum ꝛ utilitateꝫ ex eo. Et accidit ut aliqui ex nostris so/ cijs dubitent ex hoc qꝛ membꝛa ex chilo non debent nutriri nisi ꝑusq̄ꝫ conuersus fuerit in sanguinem ꝛ non ē adhuc conuer sus in sanguine in stomacho. Ergo dica/ mus ꝙ stomachus nutritur ab eo ex modi ca re que plus assimilatur qualitati q̄ꝫ quā titati. ꝛ testificatur ex hoc ꝙ sbito quiescit fames cum comedimus: sicut subito quie/ scit sitis cum bibimus. Et adhoc non ē in conueniens ꝙ in eo sit aliqua pars subti/ lis que nutriatur cito per aliquam humidi tatē q̄uis non sit sanguinea. ꝛ qꝛ tu uides mlta animalia que nutriuntur lꝫ non hab/ ant sanguinem Et digestio fit in eo per caliditatem ꝛ humiditatem pꝛimo. ꝛ 2ario fit per agregationē quā facit sto⁹ super ci bū ꝛ qꝛ ipm āplectit. Et ꝑpterea tunc q̄ꝫ to stomachus in aialibus ē grossioꝛ ꝛ du rioꝛ tanto foꝛtioꝛ digō fit. ꝛ hoc apparet in stomachis uolucrum. Et ꝑpterea uolu erunt quidā antiquoꝝ ꝙ digō fiat pp con strictionē agregationis. Et opinantur ꝙ stomachi uolucrum ꝑsint stō sicut sunt stoi gallinaꝝ ꝛ perdicū. qꝛ hoc mēbꝝ non fuit positū in eis duꝝ ꝛ foꝛte nisi ppea qꝛ non hn̄t dentes molares Sꝫ intestina uidēt

eē instrumenta nutrimenti qꝛ ipsa non fuerunt facta pꝛincipaliter nisi ut transeat p ea digꝭs cibus in stō per foramē quod appellatur poꝛta. Propterea cum facta est digō in stō apperitur locus iste ꝛ mittit cibus ad intestina: ꝛ interim epar trahit ab illis succositatem chili per uenas que attigunt istud: ꝛ qn̄ compleuerit operationes tunc expellunt intestina super superfluitates inferius. ꝛ illa est superfluitas sicca. ḡ utilitas intestinoꝛuȝ est bina: pꝛima qꝛ sūt uia per quam cibus uadit ab illis ad epar Secunda ꝓpter expulsionem superfluitatis sicce. Et uirtus in illis manifestioꝛ est expulsiua. Et ꝓpterea fuerunt ambe sue tunice euntes per latitudiem. Sed uirtus attractiua non est manifesta in eis: ꝓpterea non habuerunt tunicam vnam in longitudine. Et ipsis est uirtus digestiua: qꝛ eoꝛum complexio est ꝓpinqua compl'oni sbe stoi. Sed illa intestina non habuerūt multam reuolutōnem nisi ut moꝛaretur in eis cibus donec epar traxisset ab eis: ꝙ necessarium erat. Et ꝓpterea dicit aꝛ. ꝙ animalia habentia paucam reuolutionem in intestinis sunt gulosa ꝛ hūerunt duas tunicas ut eēnt foꝛtia: qꝛ sunt uia superfluitatū: ꝛ ēt qꝛ opō uirtutis expulsiue in hoc est foꝛtioꝛ. Manifestuȝ est in epate ꝙ est immutatiuuȝ cibi ad conuertendum ipȝ in sanguineȝ: ꝛ postea mittit ipsum ad oīa m̄bꝛa nutritā ꝛ pp dn̄atōeȝ q̄ꝫ fac̄ sup oīa membꝛa nutritā opinabat. s. g. ꝙ eēt penitus in uirtute nutritiua princeps: ꝛ ipe nesciuit ꝙ postremū nutrimentū est in coꝛde ꝛ i eo pꝛima uirtus nutritiua est pꝛinceps

Et appet de hoc membꝛo ꝙ hȝ. 5. uirtutes dictas hoc est digiuam: qn̄ facit sanguinem: retentiuaȝ tpꝛ digōnis: attractiuā quando trahit chilum ab intestinis: discr̄tiuam qn̄ didit ꝛ cognoscit tres superfluitates hoc est superfluitas aquosa quā trahunt renes: col'ica quā trahit bursa: mel'ica quā trahit splen: ꝛ inueniri uirtutem expulsiuam ad finē uirtuti attractiue magnū dubium est: ꝛ hic non est locus sue solutōnis. Et debes scire ꝙ iste quatuoꝛ uirtutes aut quinqꝫ n̄ sunt sepate ab inuicem sed sunt sicut multi operarij super vnuȝ opus: ꝛ sunt uirtutes que sunt sicut instra vni uirtuti q̄ fac̄ nutrim̄tū: ꝛ facit ei cū istis quatuoꝛ uirtutibus in quolꝫ m̄bꝛo: ꝛ ille in toto coꝛpoꝛe date sunt pp necitatē vnius uirtutis intrinsece que est in vnoquoque membꝛo: ꝛ hec est uirt⁹ nutritiua pꝛicipal'

Deinceps ꝯtēplandꝰ est si alia pꝛincipalis uirt⁹ est ꝓpa in hoc m̄bꝛo ad hoc ut sit ipm̄ solum pꝛinceps m̄bꝛoꝝ isti⁹ uirtutꝭ aū illic est aliud m̄bꝝ ꝙ sit pꝛinceps ad ipȝ in hoīe: sup hoc ē multū necesse disputar̄

Et dicim⁹ iam appet p hoc ꝙ ꝺclaratū est in nāli phia: ꝙ ista uirt⁹ non facit nisi vnam ptem mēbꝛi nutriti: ꝛ ꝙ mēbꝛa sūt composita ex elementis: ꝛ ꝙ ꝯpositum ex elementis n̄ ē compositum nisi p modum tēpantie ꝯpl'onis: ꝛ ꝯpl'o fit p modū ꝺcoctiōis: ꝛ decoctio p modū caloꝛis. ḡ necesse ē ꝙ instr̄m isti⁹ uirtutꝭ sit ṗncipiū foꝛtis caloꝛis: qꝛ n̄ est dr̄a inter illā rem q̄ ē nob necīa ad esse ptis uel eē toti⁹: ꝛ si ita est. ḡ de necitate iste caloꝛ ē in epē ꝛ in alijs instrumētis nutritē. Et si ita ē sicut dicit. G ꝙ n̄ lucrata sunt alia mēbꝛa q̄ hn̄t hanc uirtutē istū caloꝛē cum quo agūt suas opōes nisi a caloꝛe epis. ḡ epar certe ē pꝛinceps ipoꝝ mēbꝛoꝝ qꝛ n̄ ꝯplentur eis h̄ op⁹ nisi p ipm̄: ꝛ ipm̄ ꝯplet opa sua p se: ꝛ tale mēbꝛū quale ē istud ē digni⁹ ut uocet̄ ṗnceps ꝛ ista ē dn̄atio q̄ꝫ dixerunt tn̄ auctoꝛes ipsum p se hēre. Et ppea de rectōe agricultoꝝ dixerunt ꝙ sit pꝛinceps eoꝝ. ꝓpterea qꝛ seruitia eoꝝ non complentur nisi ex regimine ipsius: ꝛ opus illius completur p ipum: ꝛ hoc est in omni spē dominationis

Dico ergo utinā ego scirem si possibile ē. G. ꝛ alijs qui sequuntur suam sententiā ut dicant ꝙ epar ē sufficiens per se in ista operatione ipo concedente cum eis ꝙ mlt'e artarie cōueniāt epati a coꝛde que adducunt eidem multum caloꝛem. ꝙ si epar est sufficiens sibi in hac operatione: ergo caloꝛ iste est inuanum ꝛ sine aliqua causa

Et si dixerint ꝙ iste caloꝛ non det epati nisi uirtutem uitalem: dicemus quid est uirtus uitalis que est in membꝛis: est ne alia uirtus q̄ꝫ uirtus nutritiua aut sensibil'. ꝛ nec nomen uite intelligit̄ nisi super has duas licet accidat ut nomen uite attribuatur magis sensibili: ꝛ hoc est contrariuȝ ci ꝙ itelligitur ex uerbis hominis quem scis Nec aliud certificatum est ex istis uirtutibus nisi ꝓpter earum operatiōes: nec sut

hic alie operationes niſi iſte due hoc ē nu
tribilis ⁊ ſenſitiua. Si reſpōderent ꝙ uir
tus pulſatiꝰ in coꝛde eſt tertia uirtus: ⁊ il/
la dicitur uirtus per ſe. Reſpondemuſ q̄ꝫ
uis nos concederemus uobiſ hoc: coꝛ nō
dat epati uirtutem pulſatilem: qꝛ manife/
ſtum eſt ꝙ uene epatis non ſunt pulſatileſ
Deinceps apparet ꝙ uirtutes pulſatiles
ſunt ꝓpꝛie in coꝛde: ⁊ iſta uirtus eſt ꝓpa
ſua dominatio: ⁊ quando dominationem
habet coꝛ cum hac uirtute: qꝛ cū hac uir/
tute dat uirtutem omnibꝰ membꝛis: quoni
am ⁊ partitur eis caloꝛem naturalem cuꝫ
hoc ip̄m hꝫ conſeruationem ſibi per moꝺ
flabellationis: ⁊ cum iſta uirtus uidelicet
pulſatilis ſit illa cum qua det coꝛ alijs mē
bꝛis p̄mūm nutrimētum dando ⁊ patien/
do eis oēs alias uirtutes: ḡ ip̄m dꝫ a ꝓpa
ri ꝺ necitate iſti uirtuti hoc ē nutritiue a la
tere ꝙ eſt nutrimentum coꝛdiale ꝙ ip̄m eſt
inſtr̄m cum quo laboꝛat iſta uirtus in dan
do nutrimentū. Et ſi eēt alia uirtꝰ hic p̄
ter iſtam uirtutem nutritiuam: daret alijs
membꝛis: qꝛ impoſſibile eſt eſſe in aliquo
membꝛo uirtutem contrariam in ſpecie a/
lijs uirtutibus que ſunt in alijs membꝛis
⁊ non inuenitur in alio membꝛo niſi in ip/
ſo exiſtente membꝛo pꝛincipe. nec. G. nec
alter medicus dicit hoc. Et ſi ita eſt ſicut
diximus ⁊ apparet ꝙ ꝯperatō coꝛdis ad
epar ſit ſicut cōperatio quam ponit. G.
ad membꝛa omnia. Ergo coꝛ ex neceſſita
te erit pꝛinceps ſicut epar in hac uirtute.
qꝛ epar non eſt ſufficiens in faciendo per
ſe ſuam operationem niſi ꝓpter caloꝛem
tranſmiſſum a coꝛde temperatum in quan
titate ⁊ qualitate. Et eſt firmatus iſte
ſermo ut coꝛ ſit ꝺ neceſſitate pꝛinceps uir
tutis nutritiue. ꝙ. g. nec alij ex anotomiciſ
dixerunt nec crediderunt: ꝙ coꝛdi ueniret
caloꝛ ab illo membꝛo: ſed eſt ſufficiēs per
ſe ſicut conueniens eſt pꝛincipi. Et ego iā
pꝛobaui tibi uirtutem ⁊ caloꝛem per uiaꝫ
doctrine diſſolutiue. Et ſi tu uideris ꝙ in/
diget coꝛ epate propter pꝛeparationē nu
trimenti non eſt ꝓpter epar dignum uoca
ri p̄nceps ſicut non eſt conueniens ſtoma
cho pꝛopter p̄parationem cibi ut uocetur
pꝛinceps epatis: nec ēt bubulcus qui p̄pa
rauit cibum alijs bubulcis uocabitur pꝛin
ceps. Poſtq̄ꝫ declaratum eſt ꝙ coꝛ eſt
p̄nceps uirtutis nutritie: ⁊ apparet ꝑ ano
tomiam ꝙ non eſt in coꝛpoꝛe vnum mem/
bꝛum ad qꝺ non ueniant artarie a coꝛde.
ergo coꝛ eſt datoꝛ uirtutis nutritiue omni
bus alijs membꝛis per uiam quaꝫ ego ſu
periꝰ dixi tibi: ⁊ ſi ita non eēt artarie eēnt
inuane. Et adhuc non fuit uiſuꝫ unq̄ꝫ per
anotomiam ut tranſiret ſanguiſ ab eo per
uenas ad coꝛ. adhuc ſanguis qui eſt in ue
nis eſt ſangnis imperfectus: ⁊ non eſt cre
atus in uehiculum ſpiritus: niſi ſanguis ar
terialis. Et ſi diceret aliquis homo ꝙ me
dicus non habeat neceſſariam hanc inqui
ſitionem: dico ꝙ habet multum neceſſariā
⁊ hoc in futuro melius explanabo. Et
quando. g. uituperauit archigenem: quia
curabat uirtutem memoꝛialem cum medi/
cinis coꝛdialibus credendo ꝙ eſſet tranſ/
miſſa a coꝛde: ⁊ dicebat ſi credis ꝙ uirtuſ
ſit in coꝛde quare non apponis uentoſam
ſuper ipſum ⁊ ſit intentio tua in medican
do ip̄um. Et ego dico ꝙ hec eſt vna re
pꝛehenſio que eſt magis uituperabilis q̄ꝫ
uerba archigenis ſecundum ꝙ declaraui
huc uſq̄ꝫ ⁊ declarabo deinceps. quia coꝛ ē
pꝛinceps omnium membꝛoꝛum: ⁊ fuit lo/
cus eius in medio: qꝛ hic eſt locus regis:
ad hoc ut ſit regimen huius ꝓpoꝛtionatuꝫ
equaliter omnibus ſuis circonferentijs: ⁊
etiam ut melius cuſtodiatur. Et ꝓpterea
fuit circumpoſitns panniculus groſſus ut
circundaret ligamentum ſuū. Sed nu/
trimentū coꝛdiſ eſt ex uena que coniuncta
eſt inter epar ⁊ ip̄m. Coboperimentuꝫ
qꝺ fuit poſitum ſuper auriculam coꝛdis
fuit poſitum ut aperiatᷣ interius adhoc ut
ſanguis poſſet ingredi ad ip̄um ⁊ poſtea
claudetur ꝑfecte. Sed auricula que eſt
in alio latere hec eſt auricula uene que ꝓ
uenit ab iſta camera ad pulmonē: ſm̄ opi.
quoꝛūdā fert ſāguinē ad nutrieꝺ p̄lonem
qꝛ n̄ ſunt uene ꝯtinuate cū illo Et cobo
perimenta que ſunt ſuper hanc auriculam
oꝛdinata fuerunt ut aperirentur extra ⁊
non intus: ad hoc ut ſanguis poſſet exire
per eas ad pulmonem. Sed vni dua/
rum auricularuꝫ: videlicet que eſt in came
ra ſiniſtra: hoc eſt os artarie magne non
fuerunt oꝛdinata tria coboptoꝛia ut apirē

tur ab interiori parte ad extra nisi ut iret sanguis ꝛ spiritus ad artarias ꝛ ñ rediꝛ ꝛ alia auricula que est in hoc latere est os artarie uene que uenit ad pulmonem. Et ab hac artaria sit euacuatio cordis. Et ppterea fuerunt ordinata coopertim ta istius auricule ut aperirētur de foris ab intus. Sed splen non hꝫ nisi duos meatus: vnus q continuus ē epi ꝛ alter cum stō: ꝛ in splene stat spissitudo sanguinis.

Opinatur ꝙ sit factus ad trahendum superfluitatem melicam epis: ꝛ uī longinquum ut sint duo epata q2 non apparent in eo uene misse ad aliud membꝝ. Bursa fellis ordinata fuit ad trahendum superfluitatem colericā ab epate Et renes ēt sunt membra seruientia epi q2 attrahunt aquositatē que ē in sanguine p uenam magnam que uenit a gibositate epis Sed uesica fuit ōdinata ad trahenꝺ supfluitatē aquosā a renib᷒: ꝛ coboptura q̄ ē iter ipaꝫ ꝛ renes ē similis tortici qñ humiditas trahitur ad eam aperitur ꝛ qñ remanet clauditur: ad hoc ne reuertatur ipa supfluitas ad renes. Et scias ꝛ non tradas obliuioni ꝙ vnumqꝙꝫ istoꝝ mēbroꝝ que ordinata sunt ad trahendū superfluitatē sanguinis ñ trahunt nisi q2 sunt sibi conuenientes in cibo: ꝛ hoc faciunt iuuamenta que sunt neccessāia Et ppea in eis sunt de necessitate. 5. uirtutes. s. attractiua: ꝛ retentiua digestiua ꝛ expulsiua sunt dicte. Ista sunt omnia instrā nutrimēn i. Et hēs ꝙ digestiones que comunicant omnibus membris sunt due: vꝫ digestio stomachi ꝛ digestio epatis: saluo ꝙ tu non pōas sanguini vnā digestionem iu uenis ꝛ si ē panca ē. Sed tertia digō ē que ē ppria oibus mēbris.

Capitulum de iuuamentis membrorꝫ uirtutis gnātiue.

Et post declaratum ē que sint instra uirtutis nutritiue: uolumus declarare instrumenta uirtutis generatiue. Uirtus enim augmentatiua non hꝫ ppria mēbra sibi: sed eadem membra que sunt uirtutis nutritiue sunt ꝛ istius. Membroꝝ generationis quedam sunt que sunt ppria femine sicut vulua ꝛ mamille quedam sunt mari sicut testiculi ꝛ uirga. Sed testiculi fuerunt ordinati ad faciendum sperma ꝛ iō fuit caro eorum alba ꝛ spongiosa sic caro mamillarum: ꝛ iō qñ cōuertit̄ sāguis conuertitur ad similitudinem eoꝝ ꝛ faciūt ipꝫ album: sicut epar conuertit chilum pp suam rubedinem ad ruborem q2 uis est agentis assimilare sibi patiens suum. Et debes scire ꝙ istud membrum non ē sicut princeps uirtutis generatiue q̄uis ipsa ꝺtus sit in eo sicut opinatur. G. q2 illud nō potest agere suam operationem per se nisi per spm missum eidem a corde temperatum in quantitate ꝛ qualitate: Ideo apparet ꝙ uirtus cordis que hunc calorem mensurat ut possit facere suas operatōes sit principaliter generatiua: ꝛ uirtus que est in hoc membro est eius seruiens: ꝛ si habet aliquam p̄dominationem illa ē particularis. Sed testiculi quos dicit. G. feminam habere apparet ꝙ non habeant effectum in generatione q2 sperma mulierum quod generatur in mulieribus in generatōne inuentionem non habet. Et si alius uellet dicere āmirando: ergo facti sūt inuanum. Respondemus ꝙ nec in hominibus mamille habent aliquod iuuamētuꝫ uel inuentionem in generatione: ꝛ tamen habent eas. ergo debes scire ꝙ aliquod iuuamentum est in utrisqꝫ. Et si tu dices vnde apparet ꝙ sperma mulieris non habet aliquam inuentionem in generatione dicendum ꝙ manifestatur sensu ꝛ cognoscitur per argumentum. per sensum q2 homo uidet ꝙ mulier imp̄gnatur absqꝫ eo ꝙ spmatizet. Et postq̄ legi libros a R. ego quesiui a multis mulierib᷒ de hoc ꝛ respōderunt ꝙ plures imp̄gnate fuerunt absqꝫ spermatizatione: ꝛ etiam si displicuisset ei coitus. Et etiam uidi q̄plures ex istis imp̄gnatas ꝛ que fuerant a masculis uiolate. Et uicina quedam mea de cuius sacramento confidere multum bene poteramus iurauit in anima sua ꝙ imp̄gnata fuerat subito in balneo lauelli aque calide in quo spermatizauerunt mali homines cum essent balneati in illo balneo. Et ego perscrutatus fui vnū libꝝ quē fecit aueciadis ꝺ spermate ꝛ inueni qui dic̄ ꝙ ħ possibile est esse ꝛ reddit de hoc rationem p̄rimuꝫ

mihi placentem quia vulua trahit sperma ppter unam ppriam uirtutē q̄z hз cum eo a tota spē: ɀ ad hoc non est necessaria delectatio. o q̄z bñ placet mihi. Sed illud quod cognoscis argumento naturali est ꝙ si sperma mulieris posset facere hanc operationē quam facit hominis sperma. g̃ generaret per se femina ɀ hō non esset necius in quo nec ēt opinandꝰ ꝙ hec opō diuida tur in illos in q̄titate: hoc ē ut sperma mulieris faciat aliqua membra ɀ sperma uiri aliqua. qɀ q̄uis membra sint multa illa sṫ vnum in uno pncipio ꝙ est in eis. ɀ datō istius pncipij ꝙ est cor ipm ɀ dator omnium membroꝝ in potentia. ɀ si eēt sufficiēs mulieris sperma in dando hoc pncipium g̃ sperma hois non hēret ēt inuentionem i generatione. ɀ similiter dico in spmate uiri Et si diceretur ꝙ aliquod istoꝝ spermatū ñ facit hāc opōez quousq̧ ñ sṫ mixta adinuicem ɀ adepta sunt aliā formā ɀ aliam dispōnem. sicut non est sufficiens per se acetum. ɀ per semel ut fiat oximel. nisi quando sunt mixta simul. Respondemꝰ ɀ confiteamur hoc ꝙ ꝯplexionem hñt illa duo spermata. ɀ istud qȯ dat ei hanc formam necesse est ut sit complēs. ɀ ista duo sepāta sunt hic loco materie: ɀ hic non est res que det formā nisi uirtus generatiua: ɀ de necessitate est ꝙ membrū ꝙ hз hanc complexionem: uel ꝙ facit hanc complexionem est membꝝ in quo est uirtus generatiua. Et ſm hanc opinionē eēt necesse dicere ꝙ uirtus generatiua est in vulua. Et utinā ego scirē que necessitas est spmatis ɀ sanguis ad faciendȯ oia mēbra qɀ ipa nutriuntur ex eo. Et postq̄z ita ē ɀ appet impossibile ꝙ sit opō spermatis mulieris ɀ spermatis uiri vnum in spē. ɀ ēt appet pria fronte ꝙ mulier hз opōnē in gnātōe g̃ ꝯueniens est ꝙ operatio vniꝰ sit sine operatiōe alteiꝰ: ɀ ꝙ sit ābo declinātes in eoꝝ opōnibꝰ ad unum finē hoc est embrionis. g̃ quodlibet eorum dat embrioni partem per quam stat uel est. Et iste due partes sunt materia ɀ forma: ɀ unum eoꝝ est dator mē. ɀ aliud est datur fōme. Et impossibile est ut femina det formam ɀ masculꝰ materiam. Ideoq̧ dator nutrimenti ȯbet de necessitate eē dator materie ɀ femina est datrix nutrimēti. g̃ debet eē datrix mē: ɀ masculus dator forme. ɀ sic dixit Aꝛ.

Et postq̄z mulier non hз aliquid de qꝰ possit opinari ꝙ sit mā nisi sperma ɀ sanguis mestruus: ɀ est manifestuз ꝙ sperma est humiditas aquosa similis aquositati: neq̧ solum est simile superfluitati: Sз p certo est superfluitas ɀ ipossibile est ꝙ ex eo membra nutriri possint: qɀ si possibile essз sufficienter eēt sanguis: qɀ ex eo nutriunt mēbra: qɀ non ē dr̄a inter nutrim̄ti materiam ɀ materiam essentie: qɀ nutrimentuз ē eētia in parte: gnō esse est i toto: ɀ materia totius ɀ partis est idem. Et etiā hoc testificatur ꝙ sperma mulieris non ē materia embrionis: qɀ multe mulieres impgnantur absq̧ spātizatione sicut dictum est. Et iterum uulua mulieris uomit suum sperma ɀ trahit sperma uiri ad se. Que omnes res iste oñdunt ꝙ sperma mulieis est superfluitas discurrens ppter delectationem: sicut discurrit saliua ex ore alicuꝰ famelici cum uidet aliquem comedentem.

Et apparet manifeste ꝙ sperma uiri tenet locum agentis: quia membra non nutriuntur nisi per calorem naturalem qui ē in corde; ɀ iste calor est primum instrumētum anime nutritiue. Et propterea necesse ēst ut sit primum instrumentum uirtutis compl̄tiue. Et similiter necesse est in spermate uiri aut in sanguine qui est in vulua magm partem istius naturalis caloris eē in actu. ɀ impossibile est esse ħ nisi in spermate propter suum calorem ɀ humiditatē

Et sanguis ex quo generatur embrio est sanguis uenarum mulieris qui ē in vulua retentus: ɀ remotus est ut habeat in se uirtutem talem qualis est ista: eo qɀ est sanguis indigestus ɀ adhuc remotius est ut sit in spermate mulieris: uel etiā ñ est dicendum ꝙ calor naturalis sit in embrione ex se: ideo qɀ non generatur calor naturalis nisi a calore qui est in nutriente. Propter omnes istas rationes non est credēdum ꝙ sperma mulieris sit materia uel fōma embrionis. Sed sperma uiri stat loco forme ɀ sanguis mestruus loco materie. ɀ sperma mulieris non habet inuentōeз in generatione. Et non est credendum ut sperma pbeat iuuam̄tuз solum qualitate

sed confert i iuuamento caloris qlitatiues

Et ppterea non hz a R. rephensionez ab ypo. z. G. q in muliere que in saltãdo abortiuit. vi. die z fuit inuentum spma iuo lutũ panniculo. nec et querenduz ab a R. quo loco erat istud spema. Et scio q non erat necessaria in medicina ista inquisitio: qz magis ẽ inquirẽdum in gñatione aialiũ. Sz nos narrauim' istud hic p maiori iuuamento: z qui vult scire qõnes inter a R. z G. legat libz de aialib' z ibi inueniet illd qd dixi Et deinceps uolum' reuerti ad illud a quo fuim' sepati. Et dicim' q p̃mũ iuuamẽtũ uirge ẽ ut inciat spmã in matricẽ. z ? ut sit meatus supfluitati aquose. Et iuuamẽtum vulue est ut sit locus gnãtõis. z cũ hoc sunt alia iuuamenta ut sit meatus z uia supfluitati sanguinis non cocti qz generaẽ in femis: z ẽ sanguis mestruus qui ppter nimiã humiditatem que generatur in eis ex paucitate caloris eaz intrinseci non ẽ sufficiẽs calor earũ ad decoquẽd sanguinem qui nutriẽ ad membra earum z idcirco expellit ipm nã certis posmis p meatũ h' membri. Et est ꝯpositũ multi uillis transuersoriis pp uirtutẽ retentiuã q̃ ẽ in eis: z hz aliquos uillos longitudinales pp ṽtutẽ attractiuã ut trahant sperma. Sz uirt' expulsiua que est in hoc membro magna est: z ppea hz vnũ uillũz latitudinalẽ

Et si tu quereres utz vulua hz uirtutẽ mutatam h indiget specl'atõe: qz non põt dici q vulua faciat mẽbra embrionis. Sz uirtus informatã ipa facit cum calore fixo in spermate: g uirtus imutatã que ẽ in vulua non est nisi loco ꝯseruatõis: z iõ cũ attingit spma aer cõrumpit ꝯplexionem eius z per hanc uiam põt intelligi q uirtus immutatã est in vulua. Sed manifestũ est q mamille sunt ad faciendum lac ppea q caro ipaz fuit spongiosa z alba: z ista mẽbra hñt colligantiã cum vulua. Et ppter ea quando mẽ ppter aliquam cãm non ueniunt ad vuluam currunt ad mamillas sic est in mulieribus lactantibus qz non hñt mestrua: z si habent parum habent. Et sunt aliquz mulieres que non possunt impgnari dum lactant. Et iterum cuz materie descendunt ad vuluam priuantur a mamillis. Hucusqz diximus iuuamẽta mestruorum z spermatis: deinceps uoluz' narrare iuuamenta instrumentorum sensus.

Capitulum de iuuamento instrumentorum sensus.

T dicimus q quinqz sunt sensus. s. uisus: auditus: gustus: odoratus: z tactus. Manifestum est q cerebrum ñ fuit creatum nisi ppter ipos: z pprie ppl uisum: auditum: z odoratuz: z quilibet istorum hz suum instrumentum pprium. u. uisus oculũ. auditus aures: odorat' nares gustus linguaz. Sed de instrumẽto pprio tactus est dubium qz. G. dicit q neruus q oritur a cerebro est pprium instrumentũ eius: z est dator ipãrum uirtutuz aliis mẽbris. Et a R. dicit q istud instrumentum ẽ caro: z hic sequiẽ opinionem quam habẽt de cerebro. Quia. G. dicit q i eo sunt qnqz sensus z dicit q est princeps istius operationis h est q facit eam per se sĩn alicui' necessitate. Az. dicit q dominium suum est particulare qz est in opere seruitor dominationi cordis posito q sensus fuerint in eo quinqz uel quatuor. Et nos uolumus speculari in hoc scdm q speculati fuimus in dominio epatis Dicimus q manifestum est ex anotomia q multe artarie a corde mittuntur ad cerebruz z fõtes: z oẽs anotõici: z. G. ꝯ eis h ꝯfiteẽ z ex h ẽ pria pbõ q cerebz in hac opõe idiget cõde. Sed si res qua iuuatur cerebrum p pter cor per calorem istum q̃z ei transmittit est uirtus nutritiua qua cerebruz nutriẽ g cor de necitate eẽt seruitõ cerebri i hac re ideo qz nutrimentum z uirtus nutritiua non sunt data in animali nisi ppter sensus z uirtutem sensibilem. Sed res qua iuuatur cerebrum propter cor per calorem quem ei transmittit est quinqz sensus. Ergo uirtus sensibilis primo z principaliter est in corde: z ista uirtus est sensus communis cuius esse probatum est in libro de anima. Sed Galienus dicit q hec uirtus est in cerebro: z Aristotiles dicit q est in corde. Et si tu queris bene apparet q cor sit dator celebro caloris mensurati in quantitate z qualitate sed q cõuenit vnicuique sensui ex sensibus cerebri.

Respondemus ꝙ rōe debita est ꝙ non ꝑ omni calore fit quilꝫ sensus: qꝛ calor cum quo operatur uirtus nutritiua non est ille calor cum quo opatur uirtus sensibilis. Et hoc apparet in dormiente ⁊ uigilante qꝛ nos uidemus ꝙ operatio uirtutis nutritiue est fortior cū nos dormimus: ⁊ tūc non est sensus in actu. Ergo calō cū quo operatur uirtus sensibilis non est in sensi bus in actu cum hō dormit. Et hic appet qꝛ quando hō dormit tenendo oculos a pertos non uidet: ⁊ si non eēt qꝛ reuertit calor in quo est uisus per neruum opticuꝫ ad partes intrinsecas uisus non eēt ꝑuat⁹

Et scias ꝙ una ⁊ eadem uirtus nō po test inueniri in potentia ⁊ in actu simul ⁊ semel. ğ postq̄ꝫ manifestum est ꝙ uirtus ui sibilis uadit cum spū uisibili: ⁊ spiritus ui sibilis cum calore naturali: quādo dormit homo non est uirtus uisibilis in actu: qꝛ si eēt in actu uideret in actu: ⁊ non est ita. er go calor naturalis qui uiuificat uirtuteꝫ sē sibilem non est calor uirtutis nutritiue qñ dormiens nutritur ⁊ non uidet: ⁊ quādo tu scies ubi reuertit ⁊ unde trāsmittitur: tunc scies de necessitate locum uirtutis sē sus comunis. Sed mihi uidetur prima frō te ꝙ a corde transmittitur iste calor ⁊ ad illud reuertitur. Et ꝑpterea sunt calores partes extrinsece quādo homo uigilat: ⁊ opatio uirtutis nutritiue est fortior cū ho mo dormit ⁊ corpus est frigidum de fōis

Et nemo debet dicere ꝙ ortus istius caloris cum quo stant sensus ⁊ uigilia ge neretur primo in cerebro qꝛ cerebrum est membrum frigidum ⁊ membra nerui frigi da: ⁊ in maiori parte eorum apparet ma nifeste spiritus: ergo incredibile est ut cal faciant corpus. Ad hoc de ratione ap paret ꝙ calor qui est anime nutritiue ⁊ ca lor qui est materia anime sensibilis ē unū loco sbi: uel unum in situ: ⁊ non est duo lo co subiecti nec in duobus diuersis mēbris ēt duo. Quia anima nutritiua que est in e brione est ꝑparata recipere animam sen sibilem ⁊ stat cum ea loco forme ⁊ finis ⁊ nutritiua est ei loco materie: ideo fuit rece ptio i illo loco de necessitate qui ꝑparatus est recipere. Et manifestum est ꝙ anima non est preparata recipere nisi in loco sui subiecti ⁊ sui situs qui est calor naturalis Ergo receptio anime ad formam sensibi lem est de necessitate in hoc loco. Ideo ğ res unita ab hijs duabus est unum loco subiecti uel situs q̄uis non sint uuum in a liqua duarum figurarum. Unde quinqꝫ si pliciter hoc est unum nuō: ⁊ unum disiniti one. Et hec est nobilis sententia quam de dimus. Et postq̄ꝫ ita est ⁊ ēt apparet ꝙ calor cum quo reguntur sensus est calor cordis: ergo uirtus que regit sensum cōeꝫ est ibi: ⁊ cerebrum est seruiens istius uir tutis. Sed ipm cor est princeps istius uir tutis ueraciter: qꝛ dominatur super hijs ī hoc facta dñatiōe. Et nos potuissemus ꝑ basse has res magis per uiam demostra tiuam: sed nostra intentio est abreuiare.

Et postq̄ꝫ declaratum est ꝙ cerebrum est seruiens cordis dando ei uirtutes sen sibiles per modum quem dat camerarius regi ut impleat uoluntates suas q̄uis rex det ei illam uirtutem ꝑpter quam agit: ne cesse est deinceps scire que est uia ꝑ quam seruit cerebrum cordi: qꝛ iam declarata ē uia per quam seruit epar cordi: hoc est qꝛ preparat ei suum nutrimentum Et dici mus ꝙ non in qualibet mensura caloris completur operatio cuiuslibet sensus. Et ad hoc apparꝫ ad sensum ꝙ non indi gent forti calore quia fortis calor ꝓhibet eos apprehendere sensata extrinseca ⁊ i pedit eos: sicut uidemus ꝙ homines qui distemperati sunt forti calore in cerebris eoꝝ ⁊ egritudinibus acutis credunt audir̄ ⁊ uider̄ ea que non sunt: ⁊ maxime appa ret hic in sensu tactus: quia fuit intentio in eo apprehendere quatuor qualitates: ⁊ fuit impossibile ut instrumentum suum fuis set uacuum ex eis. qꝛ ipsum est complexio natum ex eis. unde fuit factum in fine tem perantie ut habeat sensum fortiorem. Et ꝑpea hec oia qꝛ cor est in fine caloris fuit ordinatū ꝯ ipꝫ cerebꝝ ex opposito ad tē pandū calorē suuꝫ ut sensus possit apphē dere pfectionē. Nec fuit possibile ponere hanc ifrātōnē eand in cōde a pncipio ge nerationis uel actionis quia essent dimi nute operationes nutrimenti diminutione manifesta. Et ꝙ dū uoluerit natura fa cere has duas operatōnes i aialib⁹ pfcis

ĩ ultitate pfectōis fuit positū cerebꝝ ꝯ coꝛ
Sed animalia que dñt spongia marina ⁊ multa animali a bꝛuta non uidētur indi/ geꝛ cerebꝛo: ⁊ spāliter neruo magno qui oꝛitur a cerebꝛo. ⁊ ꝓpterea si incideretur aliqua pars illius animalis posset uiuere ⁊ nutriri ⁊ cresceꝛ donec rediret ad illud quod erat. Et ꝓpter hanc cām uidebunt multa animalia que uiuunt cum sint incisa usqꝫ ad medium sui. Et istud est seruitiuꝫ ꝙ dicit a℞. ⁊ sequaces sui. ⁊ secta circuē/ tiū que dicitur emansam. i. uiatoꝛ ꝙ cere/ bꝛum facit coꝛdi. Et fuit oꝛdinatuꝫ os capitis ad defendendum cerebꝝ. Et fuit rotundum qꝛ figura rotunda est magis remota a lesione sicut faciunt castellāi: qꝛ faciunt turres rotondas ut machia ñ pos sint eis nocere. Et ad hoc qꝛ figura rotō da plura continet in se ⁊ etiam est magis apta ad motum continuum.

Capitulum de iuuamento fili spine.

I iuuamentum fili spine est de gene re iuuamenti cerebꝛi ⁊ est quasi cla/ uus ligans spondilia. Et postq̄ decla/ ratum est ex hoc sermone operatio domia tionis cerebꝛi ⁊ simillier dominatōnis cō dis. ⁊ declaratum est iterum ꝙ est eius iu uamentum. deinde declarandū est iuuamē tum membꝛoꝝ vniuscuiusqꝫ que dicta sūt hijs generiqꝫ uirtutibus.

Capitulum de instr̄o sensus tactus.

I dicimus ꝙ caro est ꝓpꝛium instrꝫ sensus: tactus. ꝓpterea qꝛ illud est membꝛum ꝙ comunicat omnibus animali bus. sicut tactus est sensus comunis oib⁹ animalibus. Et in carnibus perfectoꝛum animalium sunt sparsi multi nerui ad tem/ perandum complexionem carnis: ⁊ quia nerui sunt similes complexioni cerebꝛi est iuuamentum eoꝛum de genere iuuamenti cerebꝛi: ⁊ ꝓpterea membꝛa ad que nō ue niunt multi nerui sunt duri sensus. Et isti us uirtutis quidam est ꝙ comunicat omni bus partibus carnis: ⁊ hic est sensus qua tuoꝛ qualitatum contrariarum: sicut calidi tas. frigiditas: ⁊ hu. ⁊ quidam est ꝙ est ꝓ pꝛium vni membꝛo: sicut est quādo os sto maci sentit resolutionem factā in eo: ⁊ iste sensus appellatur fames ⁊ sitis. Sed fames est sensus reuolutōis substātie gros se calide ⁊ sicce: ⁊ sitis ē sensus resolutō nis sb̄stantie frigide ⁊. hu. ergo sensus ꝓ pꝛius est duplex Et sensus capitis mē bꝛi de titillatione quā habet in hoꝛa coit⁹ isti duo sunt ꝯnumerati in gnē sensus tact⁹

Capitulū de iuuamento lingue.

I lingue iuuamentū est manifestū ꝙ illa ⁊ nerui sui non fuerunt facti nisi ꝓpter operationē g⁹tus: q̄uis huic adiū/ gatur alia res ꝓpter resolutionē melioꝛē hoc est ad ꝓferendum litteras locutionū
Et in radice lingue sunt duo oꝛificia q̄ tangunt carnē glandulosam que appelaꝛ gnātrix saliue ⁊ iuuamtū isti⁹ saliue ē ut fa ciat māifestioꝛē gustum reꝝ sapoꝛatarum

Capitulum de iuuamentis oculoꝛum ⁊ partium eius.

I manifestum est ꝙ ocli sunt instr̄a uisus ⁊ ꝙ sūt ꝯpositi ex. 7. tunicis ⁊ trib⁹ humiditatibus: ⁊ sciendū est iuuamtū vnicuiqꝫ ipoꝝ. Et apparet ꝙ ꝓpꝛium i strumentum illius sensus. s. humiditas ro tonda que uocatur cristallina uel glacialis aut reticula aranea posita super hanc hn. Quia declaratum est in naturali phia ꝙ h̄ apph̄ensio non potest perfici nisi in coꝛpe paruio: hoc est aer ⁊ aqua: qꝛ ꝓpter clari tatem ⁊ paruitatem que est in eis fuit eis possibile recipere coloꝛes. ⁊ non apparet in oculo coꝛpus existens in ultima clarita/ te: ⁊ luciditate natum ex temperantia ae/ ris ⁊ aque nisi duo coꝛpoꝛa: ⁊ non fuit oꝛ dinata rotonditas istius humiditatis cum aliquantula conuexitate: nisi ut reciperet rerum sensibilium multam quantitatem.
Sed alie humiditates ⁊ alie tunice nō fuerunt facte nisi ꝓpter hanc humiditatem
Et de necessitate modica non est nisi ut recipiat a grādinosa: qꝛ uitrea humiditas fuit facta ad nutriendum hanc humiditatē per uiam roratōnis: ⁊ hoc fuit propterea qꝛ natura sanguinis est remota a nā huius

bumiditaſ:vnde fuit neceſſarum ut aliqua
re mediante fiat tranſitus ſanguinis in ip
ſam adeptionem ad banc bumiditatem.

Et albuginea facta bumiditas fuit ad
bumectandum banc bumiditatē.⁊ ad cu/
ſtodiendꝰ bumiditatem ſuā ab aere extrin/
ſeco.⁊ ēt ne tangant vueā tunicā. Sed
tunica fortis uocata coiunctiua fuit ad cu
ſtodiendū oclm a duricie nerui.⁊ ēt adli
gādū cum oſſe.⁊ ēt pp aliā utilitatem quā
dicemus poſt. Sed tunica que dr̄ ſeria
fuit facta ad nutriendū dictam retinā ꝑ ue
nas que ſunt in ea.⁊ ēt ut iuuet ipām ꝓpt
calorem naturalez ꝑ artarias que ſunt in
ipā. Sed iuuamentum tale retine ṗmuz
eſt ut det ſp̄m uiſibilem ꝑ neruos qui ſunt
in ipā boc eſt calorem nālem cuius cōplo
adaptata eſt in cerebro.Et per duos ner
uos qui uadunt ad oculos:⁊ ēt nutriat cri
ſtalinam per uiam rorationis ⁊ dat iuua/
mentū caloris nālis ꝑ artariaſ que ſunt in
ea. Sed.G.ꝯfitetur ꝙ aranea eſt in ul
timitate puietatis ⁊ luciditatis q2 coloreſ
⁊ forme inp̄munt in ipām.g̊ iſta tela ē ꝓp
um inſtrumentum uiſus. uel ꝑ ſe uel ꝑ ad
iuctorium criſtalline. Et tela vue dr̄ bē
re tria iuuamenta vnum eſt ut nutriat telā
corneam.⁊ ꝓpterea fuit multum uenoſa.
ſm ut defendat criſtallinam aduricie tactꝰ
cornee ꝓpterea fuit bec tela mollis. terti
um ne diſgredaret ſp̄s uiſibilis ⁊ boc fac
ꝓpter calorem nigrū ꝙ bz.q2 nā ē colōis
nigri ut agḡet. Et foramen ꝙ eſt i me/
dio iſtius tele ñ fuit factum niſi ut eſſet for
ma ſenſati bumiditatis criſtalline aut ara/
nee aut ambarum. q2 uiſus ſicut ſcis non
fit extramittendo. Sed oculus recipit co/
lores per ſua corpora paruia ꝑ moduz ꝑ
quē recipit ſpeculum.⁊ qñ colores ſunt i
p̄ſſi in ip̄m tunc app̄bendit euz ſp̄s uiſibil
⁊ boc ego bene ꝓbaui in libro de ſenſu ⁊
ſenſato ſex rōnibus:ꝙ ſi aliquod corpoꝝ
quibus eſt ꝯpoſitꝰ oculus ē ꝯueniens ut i
eo imp̄māt colores ꝑ nimiā eiꝰ puitatē ip̄z
corpꝰ eſt ꝓpum inſtrm oculi. Et iuuam
tū tele cornee ēt fuit ut defendat bumorē
albugineū ⁊ fuit facta clara ⁊ ſubtilis ut ñ
reſiſtat bumiditati criſtalline ad recipien/
dum formas. Sed ſecundum iuuamen
tum coniunctiue fuit factuz ad mouendum
ſe cum muſculo qui mouz oculum. Iſta
ſunt iuuamenta partium oculi ſm Gallenū
⁊ maior pars iuuamentorum ſm ꝙ uidiſti
ſunt iuuamenta arbitratiua:ſed ſiñ dubio
quodlibet iſtorum babet iuuamentum ꝓp
um in ſe:⁊ pars dominās in eo ⁊ ſuus fi
nis non eſt niſi ut ip̄mat colores in ip̄m

Capitulum de iuuamento inſtrumenti auditus.

Ed inſtrumentorum auditus mani/
feſtum eſt ꝙ ſunt aures:⁊ primuz in
quo auditus ineſt:eſt neruus qui uenit ad
eas qui coboperit foramen auris. Et dic
tum ē ꝙ foramen auris non fuit tortuoſū
niſi ut aer frigiduſ non intret tali modo ꝙ
ledat auditum.Et melius eſt dicere ꝙ fu/
it tortuoſum ne intus auditus fuiſſet leſuſ
a uocibus fortiſſimis. Et in ſumma ſcias
ꝙ bec figura babuit iuuamentum in recep
tione uocis:⁊ ideo factum fuit cartinagio
ſum:⁊ uocatum eſt auris tōtuoſa.Et alia
animalia babent boc ꝓ alio iuuamento:
boc eſt ut recipiant uoces uenientes ab ō
ni parte.⁊ ꝓpterea plus regrediuntur fo
ras ⁊ mouent eas.

Capitulum de iuuamento inſtrumenti odoratus.

Anifeſtum eſt ꝙ inſtrumenta odora
tus ſunt naſus: ⁊ fit in animalibus
olfatilibus per uiam attractionis: ⁊ in nō
olfatili ſine attractione: ſicut in apibus ⁊
alijs animalibus non babentibus olfatuz
Et ſm a R.iſte ſenſus fit in duobus mea
tibus qui ſunt in naſo. ⁊ ſm Gallenum fit
in duabus carminicl ſimilibus capitibus
mamillarum:⁊ dicit ꝙ ꝓpter remotionez
iſtius loci indiguit attractione. Et ego
dico ſi ita eēt ut dicit.G.ergo odoreramꝰ
ꝙuis nares ſint opilate quando attrabe/
remus aerem per os:q2 palatum eſt aptū
naſo. Et ſm ꝙ dicit auengoar nos odo/
ramus odorem ciborum quando incipiūt
digeri in ſtomaco: g̊ a ꝯrio ñ ē ꝓbatum ꝙ
per illas duas quorūculas fiat odoratus
ꝙ ſi ita eēt aialia inolfatibilia ñ odorarēt
Et ſcias ꝙ non fuit data attractio odora

